apostolica caput esset ecclesiarum. quoniam constantinopolitana ecclesia primam se omnium scribebat et constituit vivente eo adhuc eligi superstitem. sed tercio die depositionis eius sepultus est in basilica petri. apostoli.

Deusdedit. natione romanus. ex patre stephano subdiacono. sedit annos III. dies XX. sepultus est ad beatum petrum apostolum.

Bonifacius. V. natione campanus, de civitate neapoli. sedit annos V. menses X. dies XI. sepultus est ad beatum Petrum apostolum. Hic constituit ut nullus trahatur de ecclesia. et ut acolitus non praesumat reliquias martirum levare nisi presbiter. et in lateranis acolitus non baptizet cum diaconis. sed subdiaconi sequentes.

Honorius. natione campanus ex patre petronis sedit annos XII. menses XI. dies XVII. Fuit tempore eraclii imperatoris. et sepultus est in basilica beati Petri. Hic constituit ut omni sabbato exeat letania a beato apollinari ad beatum Petrum apostolum. cum ymnis et canticis omni populo concurrente

Severinus. natione romanus. ex patre abieno sedit menses II. dies IIII. Fuit tempore eraclii et sepultus est ad beatum Petrum apostolum

Iohannes IIII. natione dalmata ex patre venantio. sedit annos I. menses VIII. dies XVIIII. sepultus est ad beatum Petrum apostolum.

Theodorus. I. natione graecus ex patre theodoro episcopo. sedit annos VI. menses V. dies XVIII. Sepultus est ad beatum petrum. Tunc pirrus constantinopolitanus episcopus ex affrica romam veniens. qui fidem suam priscam libello in clero lecto damnaverat permissus est a theodoro sacramenta erogare in populo et Kathedra ei

Eraclius

cum

Constan

tio

f

i

l

i

o.

1) S. Transl. S. Magni l. l.

2) v. Vadiani c. 13, SS. IV p. 403

a) e corr.

b) parte

dissipatae erant ex dissensione orta inter principes germaniae post obitum Pipini regis, multaque alia utilia episcopatui adiuvante Leone papa et Karolo rege[1] patravit, quae omnia enumerare longum est. Transiit ex hoc seculo ad caelestia III.[3] Idus Octobris. Sepultus est ad S. Afram.[abietam]
Super huius sepulchrum iussus est [sanctus] S. Odalricus congruum facere ~~tectum~~,[1] tamquam iniustum foret tam sancta membra iniuriis imbrium et pluviarum patere.[2] Noveris ergo, eum magni esse meriti, cuius cineribus talis honor deferri iubetur caelitus, cum multi martires et confessores sub divo requiescant. Eius tumba in veteri monasterio S. Afrae decenter ornata in choro venerabatur. post inventionem vero praedictae martiris inde translatus ad australem partem sub quodam sepelitur fornice.